



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

4. Qualiter & cui edi debeant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

legum subveniatur minori, vel Ecclesiæ, aut eum majori, ex clausula generali, *Si qua mibi ipsa &c. VII.* In causa appellationis possunt instrumenta produci, quibus in priori in statu obstarat conclusio, *juxta l. Per hanc ubi com- muniter DD. Cod. De temporibus appellat. VIII.* Dicta regula procedit in probationibus facti, non etiam probationibus juris, quibus per conclusionem non censetur præclusa via; sed leges semper allegari possunt, modo ad hoc non pertinente nova dilatio, quæ ester deneganda IX. In causa beneficiali, secundum aliquos X. Fallit quo ad recognitionem sigillorum, nam fieri possunt probatio post conclusionem in causa. Deinde si facta sit conclusio cum clausula. *Sal- ta reproductione scripturarum & alii casibus.*

4. Subinde etiam non requiritur citatio partis; veluti quando instrumentum producitur ad solam instructionem Iudicis, vel fit productio in fine termini, aut intra terminum, datum ad producendum scripturas seu instrumenta, vel ad probandum per omne genus probationis.

5. Similiter interdum produci debent antelitem contestatarum: ut si in libello facta sit mentio instrumentorum: nam tum illa unâ cū actione, adversario pertinet edenda sunt: *l. i. f. 1 & fin. D. Deedendo. Quamquam instrumentum cum li- bello productum, non probet, nisi post litis con- testationem in vim probationis reperatur seu producatur.*

§. IV.

Qualiter & cui edi debeant.

1. *Edi dabit ipsum originale instrumentum.*
2. *Aut exemplar, jussu judicis inde de sumptum.*
3. *Et quidem judicis totum. parti solum capitulum de quo agitur.*
4. 5. *Quæstio, an reus actori tenetur edere instru- menta.*
6. *Quatenus tertio alieni edendum sit instrumen- tum.*

¹ *P*roduci etiam debent ipsa instrumenta originalia, quia exemplis seu exemplaribus eorum regulariter non creditur *cap. 1. b. 2. lib. 2. D. ed. * 2.* nisi auctoritate Iudicis exemplaria sunt, concurrentibus iis, que supra *§. 2. num. 1. ad exemplarionem requiri diximus. Potest ta-*

men producens, originali semel exhibito, eoque recepto relinquere in actis copiam authenti- cam, ne forte ipsum originale aliquo casu per- datur vel surriptatur. Nisi instrumentum sit ori- ginae mandati procuratorii; nam hoc, si sit sim- plex, relinquere in actis debet, neque alias probat. Si plura continet capita & mandata ad plures causas, debet originale restituere producenti, & registrari in actis ea pars mandati, quæ ad cau- sam facit.

3. *Edi autem instrumentum oportet ipsi Iu- dici, & quidem totum; parti vero eius tantum capitulo copia danda est, de quo moveretur que- stio, &c. Coningit 5. h. t. restituto originali instru- mento.*

4. *Cæterum an reus actori sua instrumenta c- dere tenetur, ad fundandam eius intentionem, quarti potest. Et dicendum, prout superius in- sinuavi 1. ad Tit. De probationib. §. 3 n. 6. non teneri edere ea, quæ ibi propria sunt, seu quæ suis sum- pribus redemit arg. cap. 1. in fine sap. De probat. quia neque juris neque æquitatis ratio permit- tit, ut quis in vitiisarma & tela quibus confodia- tur & confriciatur, adversario suo tradire cogar- tur. Qui accusare 4. Cod. de edendo, l. *Nimis grave* 7. Cod. De testib. Secus si sint communia v. g. communibus sumptibus confecta, vel testamen- tata inter hæredes ac legatarios: quorum nomine comparata sunt duo edicta Primum, Detribulis exhibendis, adversus eum, qui negat, se testa- mentum habere vel asserte se exhibere non posse: alterum, *Quemadmodum testamenta aperi- antur: adversus eum, qui non diffitetur testamentum apud se esse, quo casu compelli potest, ut aperiat, toto tit. D. & Cod. Quamamodum testa- menta aperiantur.**

5. *Sed cur, inquires, minus reus tenetur edere instrumenta sua actori, ad fundandam eius intentionem, quam actor sua reo, ad fundan- dam eius exceptionem, *juxta l. Non est novum 5. Cod. De edendo;* præsertim cum reus in suis ex- ceptionibus sit actor. *l. in exceptionib. 14. D. De probat.* Respondco, quia licet reus in sua excep- tione sit actor, tamen est actor necessarius, & ut ita dicam, invitus, cum non sit in eius potes- tate, an & quando conveniatur, *l. Pure §. ult. D. De dolim alicui except.* uti est in potestate actoris, an & quando velit convesire reum, seque præmunire probationibus sufficientibus: ac*

Bb 3 proin-

proinde hac in parte favorabilior est reus. Et
hiac quoque sit, quod cum & actor in sua replicatione
sit reus, leg. i. D. de except. ei ad fundan-
dam replicationem vice summum reus teneatur sua ex-
hibere instrumenta, l. penult. § fin. D. Ad leg. Fal-
cid.

6. Ut vero intelligatur plenius, quando in-
strumentum edi alicui tertio debet, vel non,
sciendum est, communem conclusionem esse,
quod editio instrumentorum ei non sit decre-
penda, qui non mandavit vel per se vel per alium
illud confici, nec successit in locum man-
dantis, per l. Si quis ex argenteis 6. §. unde appa-
ret, & l. Quadam § fin. D. De edendo.

Fallit autem conclusio ista, Primus, si interstitius,
qui perit sibi edi instrumentum: tunc enim
potest vel per editum de edendo, vel actum in fac-
tum subdianam editionem illius petere, licet
mandato eius non sit confessus d. l. Quadam §.
fin. & l. 2. Cod. de edendo. Ratio est, quia instru-
mentum est pars probationis: & ideo, sicut tes-
tis cogitur testimonium dicere pro tertio, ita &
instrumentum edi tertio debet, quando edi ipsius
tertii interest: modo tamen Iudici de tali in-
teresse constet summarie; neque enim creditur
soli assertioni petentis editionem instrumenti,
probationem ante allatam ex l. Qui accusare Cod.
edendo.

Secundo fallit, si à Magistratu petatur editio
alicujus statuti, ab una parte in judicio allegati,
& altera negati: nā cum tale statutum sit jus publicum;
& proprium loci, ubi illud servatur, & per
consequens omnibus commune, nemini denegandum est; sed edi debet, utique capitulum al-
legatum, non verò totus statutorum liber.

Tertio in procuratore Fisci, quoad causas
civiles exemptionum & contributionum; nam
hic potest petere sibi edi instrumenta, non mo-
do à tertius, sed & ab ipsius reis conuentis, ad
probandum suam intentionem, sive contra ali-
os, sive contra reos conuentos; idque favore
speciali Fisci & Reipublicæ, l. 2. § item divi fra-
tres D. de jure fisci.

Quarto, in usurariis, qui tenentur codicem ra-
tionum edere Clement. i. §. exterum De usuris.
Idem dicendum de publicanis, cauponibus, sta-
bulariis, & similibus, fraudem in contrahibus
committentes solitus. Videatur de his plenius Gaill.
1. Observ. 106.

§. V.

De interpretatione & improbatione
Instrumentorum.

1. Instrumentum est stricti juris.
2. Prodest & obest tantum in eo nominatis.
3. Improbantur instrumenta per tales contraria;
4. Sibi item contraria, & alii modis.

1. Instrumenti, cum sit stricti juris, interpre-
ratio sumi debet ex verbis, ita ut, quod non
dicit instrumentum, nec nos dicere debeamus
neque extendi possit extra ea, de quibus sunt ro-
gatus Notarius, & quibus ipse interfuit.

2. Et quemadmodum instrumenta iis tantum
prosunt, qui nominantur, non aliis: ita etiam
non aliis obsunt, quam qui in iis sunt nominati,
neque contra alios probant, ne cin prajudicem
tertii in qua interpretatione extendi debent. Li-
cet ad successores vel juris vel rei etiam singu-
lares extendantur, & contra hos & pro his per-
que fidem faciant atque contia auctorem, cum
iure utuntur, pro ut hæc latius deducit Wies-
beck ad D. b. s.

3. Porro excipi quoque adversus instrumen-
tum potest, idque ex variis causis, quæ hic
tiam breviter attingendæ sunt: cique im-
probando opponi quandoque testes contrarios,
qui deponant rem non ita contingisse, ut tabe-
lio sive Notarius constitutus, dixi supra §. 2. n. 2.
h. t. per text. in e. Cum Ioannes 10. h. t. Quo casu
vel producuntur testes contra instrumentum;
in eo non descripti, mortuis nimis testibus;
instrumento inscriptis, & tunc requiri ad min-
imum tres testes contrarios, ut duecte pu-
blici quidem instrumenti fidem destruant, o-
pinio est Glos. in l. Optimam 11. C. De contrah. &
comit. stipul. Quamvis communius receptum
sit, ad evidenter fidem cum publici, etiam
omni ex parte perfecti, tum etiam privati, non
testium subscriptione firmati, sufficere indi-
stincte duos testes, idoneos sive fide dignos &
omni exceptione maiores, per d. l. Optimam 6.
Tertio lop. 5. sup. de probat. sive ea probatio fiat di-
recte, sive indirecte: quod opinies fateatus, ip-
quit Coras. pract. qu. cap. 29. n. 6. post Innoc. in
d. c. Cum Ioannes & b. Feli. n. 13. Abb. n. 13. vñf.
Sextima Rationem asligant haec, quod instru-
menti fides à Notario pendeat, cum que nuncum
esse, qui duobus testibus preferri non debet;
quamvis auctoritas eius in publica Vel testis
ipstu.